



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

**Ætas.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

uentio autem de stipendio non est facienda in medio, sed in principio, aut fine litis. Peccatumque conueniens de quota litis parte. Idem si paciscitur, ut victa parte, tantum sibi soluatur. num. 30.

Peccat, qui ut vincat in causa iusta, vtitur instrumentis, vel testimoniis falsis, non tam tenetur restituere. num. 32.

---

### A E T A S.

**I**N defectu ætatis ad ordines solus Papa dispensat. cap. 27. num. 102.

Ætatis annus à iure statutus ad ordines suscipiendos sufficit incepitus. cap. 25. nñm. 116. Atque de ætate ordinandorum, vide tit. Ordo II. lit. E.

Ad obtinendum beneficium, non sufficit ætas ante decimum quartum annum. num. 135.

Ad dignitatem Ecclesiasticam, vel personatum non habentem curam animarum, requiritur ætas viginti duorum annorum. Ad canonicatum vero requiritur ætas sufficiens, ut intra tempus præfinitum possit ordinari ordine sacro requisito. num. 135. & 136. quæ magis explicantur tit. Beneficium 3. lit. B.

In cathedralibus omnes canonicatus ha-  
bent

## ALIMENTVM. 47

bent annēxum ordinem presbyterij, diaconatus vel subdiaconatus. num. 136.

AFFINITAS, vide tit. Matrim. x. §. 4.

ALEA, Vide Ludus.

## ALIMENTVM.

ALIMENTA filiorum usque ad trienium pertinent ad matrem; post verò ad Patrem. cap. 14. num. 17. vide etiam plura tit. Filius. lit. H.

De alimentis vxoris separatae à marito, vide tit. Maritus. lit. H. & tit. Dos.

De alimentis vxoris & filiorum usurarij, aut nimium debentis: vide tit. Usura 6. lit. F. & tit. Restitutio 8. §. 1.

ANCILLA. vide tit. Seruus.

## ANGELVS.

VDES credentes Angelos esse corporeos, regulariter excusantur à pertinacia, & à culpa. Præl. 1. num. 10. §. 9. & in No. num. 15. & 16.

## ANIMA.

ANIMA rationalis est substantia per se subsistens, incorporea, immortalis, creata quidem

